parte sua consiliarios tocius nobilitatis communi[tatis]
Poloniae, Lithuaniae subditos, cuiuscunque status
vel conditionis fuerint aut esse possint regie ma-
iestatis principatibus et terris per omnia regna cum
suis Lithuaniensibus adherentibus et confederatis cre-
dimus et cuiuscunque conditionis fuerint
nos obligamus et fide data astringimus. Nos
supradicti Canutus Guldenstern Electus C.
Magnus Guldenstern, Nicolaus Lycke eques
auratus, Reinhardus de Haydesdorff ex plenaria
potestate mandato et auctoritate, quam nobis regia
maiestas in hoc negotio dedit, per nostrum omnium
supremum honorem et fidem, per eam fidem qua
viros Christianos convenit et religione obligati
sumus, et sub expectatione gratiae Dei eius et
punitionis, quod nos infrascripta omnia et singula
puncta et particulas firmiter capiemus et regii
liberi et securi salui conductus, constantes firmos
integros sinceros incorruptos sine ulla deceptione
fraude et dolo servare volumus et debemus eo
modo quo illi infrascripti sunt

Primo ex quo Illustrissimus Rex Christiernus
nos modo benigne et amicabiliter vult audire, et
etiam omnem belli victoriam et inimicos conatus
deponere ac nobiscum sub Dei et nra Christiana
promissionis honore et fide ac supradicto libero securo
et non doloso salvo conductu, ad predictam regiam
maiestatem dominum nostrum clementissimum et ad
regni Daniae consiliarios in hoc sibi vult venire.
Nos vigore regie potestatis mandati et auctoritatis
quam a sua maiestate ac ambobus suis confederatis